



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

An præuisio boni vsus liberi arbitrij, qui gratiam iustificantem consequitur  
sit ratio prædestinationis adulorum, quid item sentiendum sit de iis, qui  
ad vsum rationis non perueniunt. Memb. 5.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)

tio moribus, vsque liberi arbitrij à prima origine A multis gentibus antecellere compertur.

Quarto, cui dubium esse potest, quin multi fuerint ad inferos dectisi, qui pauciora crimina, quam Maria Magdalena, que fuit mulier in civitate peccatrix, ac latro cum Christo Domino cruci affixus, commiserunt: cum tamen hi fuerint de numero prædestinationis: non ergo Deus effectus prædestinationis pro ratione vñus liberi arbitrij præuisi solet conferre. Addit, quod interdum nonnullos iustos, quos Deus præuidet in posterum male vñstos liberis arbitrios, si diutius viuant, sape misericorditer rapit è vita, antequam à gratia excidant, iuxta illud Sapientiæ cap. 4. Raptus est, inquit, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius: cum tamen Saulem, quem constat ante iustum fuisse, multoq[ue] alios permisit postea in grauia peccata incedere, quibuscum è vita discesserunt.

Quinto, ex parvulis, qui ante vñsum rationis ex hac vita discedunt, quibusdam confert Deus misericorditer effectum prædestinationis, quibusdam negat: siquidem quidam eorum cum baptismo, quidam sine baptismo, moriuntur: ergo pari ratione, licet nulli adulteri neget auxilium sufficiens ad salutem, quibusdam tamen conferat misericorditer talia auxilia, quibus præuidet eos peruenturos in vitam æternam, atque adeò eos prædestinavit: alii vero similia denegavit, que si concessisset, vita æterna potirent.

Sexto, idem testimonii Scripturae sacrae probari potest, Paulus enim ad Ephesios capite 1. ait: Prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum secundum propositum voluntatis sua in laudem glorie gratiae sue. Addit, In quo etiam nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue. Cum ergo Paulus dicat, nos prædestinatos esse secundum propositum voluntatis Dei, in laudem glorie gratiae sua, & nos sorte vocatos esse, ac prædestinatos secundum propositum eius, qui operator omnia secundum consilium voluntatis sua, manifestum est, Deum non statuisse conferre nobis effectum totum prædestinationis pro qualitate vñus liberi arbitrij præuisi, quasi ille fuerit velut mensura effectum prædestinationis, aut ratio & origo nostra prædestinationis: eo enim dato, numquam Paulus nos sorte vocatos, prædestinatosque esse secundum propositum voluntatis diuina afferuerit, sed potius pro qualitate vñus liberi arbitrij præuisi. Item ad Colossenses capite 1. ait: Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum: vbi effectum prædestinationis forte vocavit. Et 2 ad Timotheum capite 1. Qui nos liberavit, & vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam. Ad Romanos cap. 9. Non ex operibus, inquit, sed ex vocante dictum est, quia maior serviet minori, & Jacob dixi, & miserebor, cuiusmisereor, & misericordiam præstabo, cui miserebor. Vnde concludit: Igitur non volentis neque currentis, sed miserenis est Dei. Psalm. etiā 27. Saluimus fecit, ait Psalmographus, quoniam voluit me.

Qua omnia aperte sonant, Deum non pro qualitate vñus liberi arbitrij præuisi, sed pro suo benelacito, ac voluntate effectum prædestinationis conferre statuisse,

## MEMBRVM V.

An præuisio boni vñus liberi arbitrij, qui gratiam iustificantem consequitur, sit ratio prædestinationis adulorum: quid item sentendum sit de iis, qui ad vñsum rationis non perueniunt.

D Ius Thomas hoc loco refert quorundam aliorum sententiam, qui dicebant opera metitoria, cùmne bonum vñsum liberi arbitrij præuisum, qui pòst comparagm primam gratiam in adulis cernitur, esse rationem, quare Deus ex æternitate eisdem primam gratiam conferre voluerit & beatitudine donare, quos in gratia ad finem vñque vite perseveraturos consperxit, atque adeò quare quodam prædestinauerit, reliquos verò, quos sive nequitia & libertate tales futuros non esse præuidit, reprobauerit. Dominicus à Soto in c. 9. epist. ad Rom. ita impugnat huius sententia autores, quasi existimauerint, primam gratiam esse effectum operum, quæ illam consequuntur, conferri que adulis non secus ex suis meritis, tametsi futuri, ac gratia, & gloria incrementum ex propriis meritis confertur: quod planè esset error manifestus in fide. Et enim gratia illa, si ex operibus conferretur, iam non esset gratia, vt Paulus ad Rom. 1. ostendit. Quare superuacaneum duxi alias conficer rationes ad illam in eo sensu impugnandam, quas Soto & alij accumulant. Credo tamen sententiam illam non ira esse exponendam, sed vt eam hoc loco D. Thomas interpretatur. Nempe, vt ille bonus vñus præuisus non sit meritus ad gratiam antecedétem, sed tantum cōgruitas, ob quam Deus gratiam donare voluerit potius bene vñris, quam male vñris suo beneficio. Non secus ac si Rex equos gratis donare velleret suis militibus, præuideretque quinam bene illis essent vñri, qui non item, ratione consentaneum indicaretur, vt equos iis potius, qui bene illis forent vñri, quam alii, donaret: bonus namque ille vñus equorum ex parte militum, præuisus à Rege, in aequalitatē illam in distributione donorum rationabilem reddit.

E Sententia hæc, etiam hoc modo explicata, non minus fallax est, & ab Scripturis sacris aliena, quæ membro præcedente impugnata est argumentaque, quibus illa refutata est, non minùs hanc impugnare ostenduntque satis esse in fide periculosam, ne aliquid amplius dixerim. Possimus etiā has addere rationes. Prima est, quia saepe Deus cōfert gratiam reprobis, illisque, qui continuò absque aliquo bono vñsu per peccata lethalia sunt eam amissi: gratia namque Spiritus sancti, vt Ambrosius ait, nescit tarda molimina, sed statim ac quis ex auxilio Dei, quod nūquam deest, ad eam vel per Sacramentum, vel fine Sacramento suscipienda, sufficienter se disponit, illam recipit: ergo prima gratia cōfertur ob præuisum bonum vñsum illius subsequenter. Secunda, Paulus ad Ephes. capite 1. ait: Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in confessione eius in caritate: vbi non dixit, quia futuri eramus sancti & immaculati: non ergo Deus ex æternitate conferre nobis statuit, primam gratiam, effectum prædestinationis proper præuisum bonum vñsum illius subsequenter, sed vt illum haberemus. Et c. 2. ait: Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est, non ex operibus, vt nequiss gloriatur: non ergo præuisa bona opera subsequenter fuerit ratio, ob quam Deus fidem, & gratiam nobis conferte

conferre voluerit. Ad Titum item 3. *Non ex operibus, inquit, iustitia, que fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit: vbi soli sua misericordia, non operibus nostris prauis, nostram tribuit iustificationem.* Tertia, quia in latrone, qui simul cum Christo cruci fuit affixus, & in multis aliis, qui iamiam animam agentes, vel ad fidem conuertuntur, suscipiuntque baptismum, vel alia ratione à peccatis resurgent ac iustificantur, parum admodum, aut nihil vobis gratie futuri praevidebit Deus: non ergo propter bonum vobis subsequentem præsumum gratia donantur, & prædestinatur adulti.

*Erre circa parvulus, non prædicti, rationem, reprobationem, & reprobationem.* Quod vero ad eos prædestinatos attinet, qui ante obitum numquam ad vobis rationis perueniunt, ex quibus sumitur etiam euident argumentum, gratiam non conferri propter bonum vobis illius subsequentem præsumum, quidam, quos Prosper in epistola ad Augustinum, qua habetur ante librum de prædestinatione Sanctorum, refuta peruviciter cōtendentes, *vobis liberi arbitrij cuiusque à Deo præsum rationem esse ex qua prædestinatio, aut reprobatio penderet, cum obsecraretur de parvulis, quorum quidam suscepit baptismo absque illo vobis liberi arbitrij peruvolant in celum, alii vero discedentes fine remedio contra peccatum originis damnantur, respondebant: hos etiam saluari, aut damnari, pro qualitate vobis liberi arbitrij, quem Deus praenudit illos habituos, si ad vobis rationis peruenissent.*

Error hic, tum ob apertam absurditatem, tum quod gratis asseratur, impugnatione non indigebat: impugnati tamen potest, cum Hieronymo lib. 3. Dialogorum aduersus Pelagianos, Augustino epist. 105. ad Sixtum versus finem, & epistola 107. ad Vitaliem, & de prædestinatione Sanctorum c. 12. 13. & 14. & Gregorio 27. Moralium c. 2. Primo, quoniam ut nullus damnatur propter demerita, quae Deus conficit illum, fuisse habiturum, si vel diutius vixisset, vel in alio ordine rerum fuisse collocatus, aut grauiores tentationes, periculosioresve occaſiones incidenti in peccata, Deo permittente, habuisset, ita etiam nullus consequitur præmium, aut gratiam, propter merita, quæ habuisset, si vel diutius viveret, vel in alio ordine rerum collocaretur, potentioribusque auxiliis iuueretur: ea enim ratio ne multi ex iis, qui sunt apud inferos, essent in celo, & d' contrario, multi ex iis, qui sunt in inferno, crucientur: non ergo, quod ex parvulis quidam discedant cum baptismo, & iustificantur, alii vero minimè, prouenit ex meritis aut demeritis, quæ habuissent, si adoleuerint. Maximè cum in baptizatis conficiat Deus, quod si ad talen, vel talentum, etatem cum his, vel illis auxiliis pertinirent, discederent in gratia: si vero ad quādam aliam longiorē, vel breuiorē, & cum aliis, vel aliis auxiliis, & occasionibus, in peccato lethali discederent. Addit, quod si pro qualitate meritorum aut demeritorum quæ essent habituri, iustificantur, aut damnarentur, etiam pro quantitate illorum, consequaturi essent maiorem gratiam & præmium, aut suplicium, quod quidem est ridiculum. Secundo, quoniam, ut bene argumentatur Augustinus, merita aut demerita, quæ numquam sunt futura, nullius sunt merita aut demerita, ut propter illa præmio vel pena iustificari: unde Paulus 2. ad Corinthios cap. 5. *Omnes nos, ait, presentari oportet ante tribunal Christi, ut referat uniusquisque propria corporis, prout gessit sive bonum sive malum. Prout gessit, dixit, & propria corporis, hoc est, dum in corpore vixit, quia illis tantum poena, aut præmium responderet. Mathe. etiam 24. dicitur, Nisi breviati fuissent dies illi, non fieret sal-*

*Molina in D. Thom.*

A *qua omnis caro, sed propter electos breuiabitur. Et Sapiencia capite 4. de iusto dicitur, Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius: placita enim erat Deo anima illius, propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum. Non ergo vel parvuli, vel adulti gratiam, prænam, aut præmium consequuntur pro qualitate vobis liberi arbitrij, quem habituri esent, si diutius vivent.*

### MEMBRVM VI.

*Divi Thome, communiorque inter Scholasticos de prædestinatione sententia.*

S Ententia Divi Thome hoc loco, quæ communior est inter Scholasticos, his duabus conclusiōibus continetur. Prior est: *Prædestinationis quoad effectus particulares, ex quibus integer prædestinationis effectus constat, nihil prohibet unum esse causam alterius.* Ut posteriore est, causa finalis prioris in genere cause finalis: priorem vero esse causam posterioris in genere causa meritoria, quam dicit Divus Thomas reduci ad dispositionem materiæ. Verbi gratia, dicitur Deum præordinasse le daturum aliqui gloriam C ex meritis, tamquam ex dispositione illius prærequisita, causa ex parte illius meritoria gloria, & præordinasse le daturum aliqui gratiam, ut mereretur gloria; quare gloria causa finalis est meritorum & gratiae. Imò prima gratia causa est finalis dispositionum antecedentium infusionem gratiae: & dispositiones illæ, licet non sint causa meritoria, sunt tamen quasi materiales causa primæ gratiae, quarenus de lege ordinaria à Deo constitutum est, ut sint dispositiones ad illam comparandam necessariae.

Posterior est: *Prædestinationis, quo ad integrum effectum, non datur causa ex parte prædestinati.* Probaritur, quia quicquid est in homine, quo in vitam eternam dirigatur, id totum comprehenditur in integrum effectu prædestinationis, etiam ipsa preparatio ad gratiam, que non sit nisi per auxilium particolare Dei ergo nulla ratione fieri potest, ut integrus effectus prædestinationis aliquæ causa ex parte nostri reperiatur. Prædestinatione igitur, hoc modo specificata, ex parte effectus habet pro ratione diuinam voluntatem, ad quam totius effectus prædestinationis ordinatur, ut in finem, & ex qua sicut ex principio primo mouente procedit. Hec D. Thomas in corpore articuli.

E Eadem sententia est Augustini multis in locis. Præter multa verò alia, est locus insignis libro de prædestinatione Sanctorum capite 15. vbi in prædestinatione illa Christi (qua, iuxta Paulum ad Roman. c. 1. *Prædestinatus est Filius Dei,* & qua, ut fons fuit & origo totius gratiae generi humano post Adam peccatum collate, ita prædestinationis ceterorum) ait: *esse præclarissimum lumen prædestinationis & gratiae Adam posteriorum.* Ut enim huminitas Christi assumpta est à Verbo diuino, nullis omnino existentib; illius meritis: atq; adeò Christus, quæ homo est, ex aeternitate, nullis præuis ipsius meritis, prædestinatus est, ut esset Filius Dei: ita prædestinatione Sanctorum, quæ in sancto sanctorum maximè claruit, & quæ tamquam à capite gratia, per quam singula membra ex aeternitate prædestinata sunt, se diffundit, nullis suis præuis corū meritis, sed ex sola misericordia, liberaque voluntate diuina. Eadem sententia est Magistri sententia in d. 41. Scoti, Durandi, Gregorij Ariminensis eadē d. Marfilij q. 41. Driedon, de concordia liberi arbitrij & prædestinationis, Caetani, & Sotii in c. 9. epistol. ad Romanos, & ferè ceterorum.

C c. secta

D. Thome  
conclusio.

*Effectus par-  
ticularis præde-  
stinationis  
quamodo sibi  
innicem fuit  
causa.*

*Secunda  
D. Thome  
conclusio.  
Prædestina-  
tionis quoad  
integrum ef-  
fectum ex  
parte præ-  
destinati non  
dari causa.*